

mundum, & influentias miras; sed per virtutem Solis, Lune aliarumque Stellarum; Sic & Cælum illud nostrum, vel Quinta Essentia, vult & debet ornari Sole splendido, mirabili & occulto, à quo habet incorruptibilitatem, virtutem & calorem vitæ.

Hæc igitur est radix Vitæ, Quinta Essentia nimis, quam creavit Altissimus in natura ad conservationem 4. qualitatum Corporis humani, sicut Cælum ad conservationem universi.

Quoniam nimis in eo Idæa minus immersitur corpori, & sic separatorum majorem habet similitudinem, virtutes etiam habet potentiores in operatione, similes operationi, idææ separatae. Est enim multum formalis, ideo cum minima materia plurimum potest. Elementalis autem virtus quia naturalis est, ut multum agat, multum etiam desiderat materiam. In hac ergo *Quinta Essentia & Spirituali Medicina, quæ est de Natura & Calore Cæli, & non in natura Mortali vel corruptibili, possibile est verum Medicinæ fontem, conservationem vitæ, restitutionem sanitatis, renovationem Juventutis deperditæ, & serenæ valedicudinis optatum invenire, & naturaliter loquendo NULLA EST IN TOTO MUNDO HAC melior medicina.* In omni enim genere unum quid est, quod primum eo genere gradum tenet; quia ergo hæc Medicina genita est ex incorruptibiliori & efficaciiori Materia, quæ sub Cælo sit, Anima vel Spiritu Mundi nimis, omnium cœlestium & terrestrium vires in se continente, ideo purum tenet gradum in ordine Medicinae.

Medicinae